

S. Frater in Christo noster, Scipio Lentulus, diem suum
 obiit. Magno id quidem amicorum dolore sed lucus
 majori Ecclesie. Lumen n. magnum in Africa extin-
 ctum, necdum apparet, quomodo clades tanta sarcinam
 possit. Nosti n. quam Pastorum istius regionis sit
 ratio atque conditio: declamatores multi, fidei animam
 curatores pauci. Bona pars ex monachis transfugis
 constat, qui quodvis patris quam Christi gloriam quærere
 videntur. Ab iis nequid mali sit Ecclesie, hoc optimo
 sermo sublato, vehementer metumini. Scribimus igitur ad
 Clavumcester, provideant diligenter, ne Ecclesia patiantur
 detrimenti, cumque in defuncti locum sufficiant, qui et or-
 dinatione et vita innocua, regnum Dei dilatare possit.
 Quia in re et vos hortatores si ita videretur, nobiscum
 iungi possetis. Diesbachium Reip. nostrae legatum
 ad Regem, in dies expectamus: siquid intulerit, quod
 vestra scire intressit, faciam ut scialis. Vale. Bernae
 prid. Cal. Feb. a. 99.

Trinus in Christo
 frater

Herman. Lignaridus.

Theodoro Beza

Ecclesia Genevensis Pastori ac
Seniori, fratri in Christo
charissimo.